

Frode del legge
in usura

de lib. VI, ha p...
20th, tit. 28, M...
una m...
in seno a
simbol

18. Item sciendum, secundum quod dicitur per BERNARDUM, quinto *Extra, De privilegiis*, in glosa¹²⁹ et per BAR. BRIX., XIII, q. III, *Putant*¹³⁰, quod quatuor modis sit fraus legis. Primo, de persona in personam, ut cum quis nomine alterius persone occidit vel^g mutilat, et licet *ab hiis a quibus domini sacramenta tractanda sunt, iudicium sanguinis agitare non licet*, ut XXIII, q. VIII, *Hiis a quibus*¹³¹, tamen in fraudem illius et legis dei que dicit Simeoni^h: *repone gladium tuum in vaginam. Matth., XXVI*¹³², item: *non occides*¹³³, item: *sinite utraque crescere*¹³⁴, etc., tradunt curie seculari, dicentes cum iudeis: *Nobis non licet interficere quemquam ... sed si dimittitis hunc non eritis amici cesaris*¹³⁵. Idem color habetur li. VI, *Ne clerici vel monachi* [episcopus], ubi dicitur: *licet clericis causas [D, 223^{rb}] sanguinis agitare non liceat*¹³⁶, eas tamen, cum iurisdictionem obtinent temporalem debent et possunt, metu irregularitatis cessante, aliis delegare et mandare suis officialibus ut de tali faciant iusticiam veritate inquisita. Ecce quomodo isti lavant manus [G, 108^v] cum Pilato qui dixit: *Innocens ego sum a sanguine iusti huius, vos videbitis*¹³⁷. Et sicut principes sacerdotum et pharisei dixerunt ad Iudam Scarioth: *Quid ad nos? Tu videris*¹³⁸, cum tamen, ut dicitur per AUGUSTINUM, *De penitencia*, d. I: *Periculose se decipiunt qui existimant eos tantum homicidas esse qui manibus hominem occidunt et non potius eos per quorum consilium et fraudem et exhortacionem homines extinguuntur. Nam iudei dominum nequaquam propriis manibus interfecerunt, sicut scriptum est: «nobis non licet interficere quemquam»*¹³⁹. *Sed tamen illis domini mors imputatur, quia ipsi eum lingua interfecerunt ... Iudei enim crucifixerunt eum hora tertia cum lingua, milites hora sexta manibus. Qui ergo hominem tradidit, ille interfecit eum, domino dicente: «Maius peccatum habet qui tradidit me tibi»*¹⁴⁰ ... *Subiciant ergo se penitencie, quorum consilio sanguis effunditur, si veniam promereri voluerint. Hec AUGUSTINUS*¹⁴¹. Ideo dicit PSALMISTA: *Filii hominum, dentes eorum arma et sagitte,*

Presum. p. 27
h...
p...
p...
p...
p...

^g vel om. G
^h Simeoni] sine modo G
ⁱ non ... Cesaris] etc. G

129. *Decret. Greg. IX cum glosis*, l. V, tit. XXXIII, c. 36 (CJCa, II, 1830-1831).
130. Cf. le Commentaire du DG de BARTHÉLEMY DE BRESCIA, 1484 (sans indication d'origine et sans indication de pages), pars 2a, causa XIV, q. III, c. 2.
131. DG, pars 2a, causa XXIII, q. VIII, c. 30 (FRIEDBERG, I, 964).
132. *Matth.* 26, 52.
133. *Exod.* 20, 13.
134. *Matth.* 13, 30.
135. *Jn* 18, 31 et 19, 12.
136. *Decret. Greg. IX*, l. III, tit. L, c. 5 (FRIEDBERG, I, 659).
137. *Matth.* 27, 24.
138. *Ibid.* 4.
139. *Jn* 18, 31.
140. *Jn* 19, 11.
141. DG, pars 2a, causa XXII, q. III, c. 23 (FRIEDBERG, I, 1163). Emprunté à AUGUSTINI *De consensu Evangelistarum*, l. III, c. 13, n° 47 (PL 34, 1187); *Enarr. in Psalmum LVI*, n° 12 (PL 36, 668-669); *Enarr. in Psalmum LXIII*, n° 4 (PL 36, 762); *In Joh. Evangelium*, tract. CXIV, n°s 4 et 5 (PL 35, 1937-1938).

XXIII
di. 2
- Enarrate p. 31

et lingua eorum gladius acutus¹⁴². Cavete ergo, vos traditores curie seculari, a gladio bis acuto sedentis super thronum de quo *Apokalipsis* primo¹⁴³ et *Extra, De privilegiis, Ex ore*¹⁴⁴. Consimilis color sive ficcio habetur *De homi.*, c. II, li° VI°¹⁴⁵, ubi vult quod sine pena irregularitatis possunt clerici de suis malefactoribus conqueri coram iudice seculari, eciam de criminibus de quibus debetur pena sanguinis, expresse protestando quod ad penam [F, 133] sanguinis non intendunt. Ecce quomodo isti ipocrite in fictis verbis negociantur, cum certi sint quod proposita crimina sicut furta vel alia et probata, quod ex hiis tanquam ex causa regulariter sequitur effectus, scilicet pena sanguinis, quam magis appetere videntur quam dampnum eorum sustinere temporale ob amorem legis Ihesu Cristi, que dicit: *Si quis vult tecum iudicio contendere et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium*¹⁴⁶. Item, si quis [G, 109] aufert ea que tua sunt, ne repetas, supple: eciam in iudicio, ut dicit LIRA super eodem loco¹⁴⁷. Nec relevat eos protestacio, cum factum contrarium protestacioni per eos exercetur, et dicit lex quod is facit cuius nomine aliquid fit. De quo statim infra in consequenti.

19. Sic colorant usuram et palliunt, dicentes quod clericus de possessione sibi in pignus locata, nec sibi in beneficium assignata, de licencia ecclesie sive nomine ecclesie, potest fructus facere suos, computando ultra sortem, ut *Extra, De usuris*, c. 1° in glosa ultima¹⁴⁸. Ecce quomodo isti, non de ecclesia Cristi in paupertate fundata, in se et in apostolos suos eorumque successores, sub specie pietatis, scilicet nomine ecclesie, questum querunt usurarium in fraudem divine legis et sanctorum canonum. De quibus sufficienter supra. Non advertentes quod dicitur per LEONEM PAPAM, XLVI di.:

142. Ps. 56, 5.

143. Apoc., I, 4.

144. *Decret. Greg. IX*, l. V, tit. XXIII, c. 17 (FRIEDBERG, II, 862): «INNOCENTIUS III: Ex ore sedentis in throno procedit gladius bis acutus, quoniam ex ore Romani Pontificis qui praesidet apostolicae sedi, rectissima debet exire sententia, quae contra iusticiam nulli parcat, sed reddat unicuique quod suum est».

145. *Decret. Greg. IX*, l. V, tit. XII, c. 2 (FRIEDBERG, II, 793): «*Ex poenitentiali Romano*: Interfecisti furem et latronem ubi comprehendi poterat absque occisione, et tamen interfecisti; quia ad imaginem Dei creatus est et in nomine eius baptizatus et sanguine eius redemptus est, per XL dies non intres in ecclesiam, et, lanea veste indutus, ab escis et potibus, qui interdicti sunt, et a toro, a gladio et ab equitatu, illos supra dictos dies te abstineas. In tertia autem et quinta feria et in sabbato aliquo genere leguminum vel oleribus et pomis et parvis pisciculis cum mediocri cerevisia utere et temperate. Si autem sine odii meditatione te tuaque liberando huiusmodi diaboli membra interfecisti: secundum indulgentiam dico, propter imaginem Dei, si aliquid jejunare volueris, bonum est tibi, et eleemosynam fac largiter. Si presbyter eadem fecerit, non deponatur; tamen, quamdiu vivit, poenitentiam agat».

146. *Matth.* 5, 40.

147. Cf. BS, t. V, col. 116.

148. *Decret. Greg. IX cum glosis*, tit. XIX, c. 1 (CJCa, II, 1734).

non vult quod sine pena irregularitatis possunt clerici de suis malefactoribus conqueri coram iudice seculari, eciam de criminibus de quibus debetur pena sanguinis, expresse protestando quod ad penam [F, 133] sanguinis non intendunt.

Dea 6, 30

non vult quod sine pena irregularitatis possunt clerici de suis malefactoribus conqueri coram iudice seculari, eciam de criminibus de quibus debetur pena sanguinis, expresse protestando quod ad penam [F, 133] sanguinis non intendunt.

Plures clericorum
non ad verbum
[f. 531]

*Sicut non suo, ita nec alieno nomine, aliquis clericorum exercere fenus atemptet. Indecens enim est crimen suum comodis alienis impendere et exercere*¹⁴⁹. Et dicit *Regula iuris*, li° VI°: *quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit*¹⁵⁰. Que regula omnino est vera in maleficiis, secundum IOHANNEM ANDREE, ibi¹⁵¹. Cuiusmodi est usura contra novum testamentum, *Luce*, VI°: *Mutuam dantes*, etc.¹⁵² [*D*, 223^{va}] Et contra vetus, *Levitici XXV°*¹⁵³. De quo supra. Hec usura dicitur palliata, que sic comittitur circa pignora. Sic etiam si concederem hospiti meo pecuniam et ipse poneret michi lectum in pignus et ego interim, non facta solucione, sine ipsius scitu et consciencia, uter propter pecuniam, essem fur, ut supra, ubi dictum est de pignore sive usurario. *Amos*, 2°: *Et super vestimentis pignoris accubuerunt*¹⁵⁴. Debet enim pignus reddi, non deterioratum, et in pignore computantur fructus in sortem, ut dictum est supra de contractu pignoris. Ideo si clericus sive alius, nomine ecclesie, tenet aliqua loco pignoris, computare habet fructus perceptos in sortem nomine ecclesie. Alias ipsam ecclesiam in tali causa mala non tenetur fovere, sicut nec tutor pupill-[*G*, 109^o]i causam malam, ut *Digesta, De administracione tutorum, Quociens*, § *Sicut autem*¹⁵⁵. Sic est usura cum usurarius obsidibus non vult dare dilacionem, nisi sibi aliquid prius detur. Et est magna audacitas talis. Unde *Psalmus*: *Qui devorant plebem meam ut escam panis*¹⁵⁶.

20. Secundo fit fraus legi de re ad rem, quando in fraudem datur alia [*F*, 133^{va}] res. Secundum quod putant aliqui usuras tantum esse in pecunia, exigunt de mercibus. Ideo dicit AMBROSIVS, XIII, q. III: *plerique refugientes precepta legis, cum dederint pecuniam negociatoribus, non in pecunia usuras exigunt, sed de mercibus eorum, tamquam usurarum emolimenta accipiunt. Ideo audiant quid lex dicat: «Neque, inquit, usuram escarum accipies neque omnium rerum»*¹⁵⁷. *Item esca usura est et vestis usura est et quodcumque sorti accidit usura est et, quod velis ei nomen imponas, usura est. Item ... si quis instaurandum convivium putet, ad negociatorem mittit, ut absintiati cupellam sibi mittat, gratis*

149. *DG*, pars 1a, dist. XLVI, c. 10 (FRIEDBERG, I, 169).

150. *Sexti Decretalium*, l. V, tit. XII, reg. LXVII (FRIEDBERG, II, 1124).

151. BONIFACII VIII *Liber sextus Decretalium cum novellis Joannis Andree*, Paris 1513, I, 176^{va}.

152. *Lc* 6, 35.

153. *Levit.* 25, 37.

154. *Amos* 2, 8.

155. *Digestorum* l. XXVI, tit. VII, lex 9, § 5 (*CJCI*, I, 380): «Sicut autem solvere tutor debet, ita et exigere quod sibi debetur potest, si creditor fuit patris pupilli: nam et sibi solvere potest, si modo fuit pecunia unde solvat, et si usurae fuerunt graviores quae ei debebantur, relevabitur eis pupillus, quia tutor se potuit liberare, sicut aliis quoque solvere potuit et debuit».

156. *Ps.* 13, 4.

157. *Deut.* 23, 19.

deferat, ad couponem dirigit, ut picenum vinum^j aut tiriacum requirat¹⁵⁸. Comittitur eciam cum quis non wult accipere ultra sortem, sed bene accipit laborem, ut operetur in vinea sua duobus vel tribus diebus, vel aliud servicium consimile ab eo accipit. Unde, dicitur XLVI di., Sicut : Fenus autem hoc solum aspiciere et exercere debemus ut quod hic misericorditer tribuimus, a domino qui multipliciter et in perpetuum mansura retribuit^k recipere valeamus¹⁵⁹. Concordat supra de usura spiritualli et in glosa super isto Mutuum dantes secundum RAY¹⁶⁰.

21. Tercio fit fraus legi de nomine ad nomen, ut in symonia, appellando eam consuetudinem, sive albam vaccam, sive denarios pascales, sive casuales, etc. De quo est dictum in materia de simonia [F, 133^{vb}] ut Extra, De symonia, per totum, ubi in c. Eaque vocabant pascalem prestacionem vel consuetudinem episcopalem, et tamen reprobatur ibi tanquam symoniacum¹⁶¹. Sic in c. In tantum : vocabant denarios crismales vel pascales et tandem consuetudinem medie quadragesime nuncupantes, quod eciam re-[G, 110^r]probatur tanquam symoniacum¹⁶². Et dicitur quod gratis sit gracia conferenda et in dicto c. In tantum eciam dixerunt esse marcam argenti sive albam vaccam. Quod totum reprobatur¹⁶³. Et ita ad excusandas excusaciones in peccatis¹⁶⁴, semper usque nunc in hodiernum diem hoc vicium, deficientibus omnibus denominationibus, tandem solum consuetudinem [D, 223^{vb}] pretendebant. Concordat ad hoc Extra, De consuetudine, quarto¹⁶⁵. Sic cum non audent manifeste contrahere usurarie, fingunt se vendere.

^j Picenum vinum] Picenum vicenum G

^k retribuit corr. tribuit

158. DG, pars 2a, causa XIV, q. III, c. 3 (FRIEDBERG, I, 735). Emprunté à AMBROSII *De Tobia*, c. XIV, n° 49 (PL 14, 778).

159. DG, pars 1a, dist. XLVI, c. 10 (FRIEDBERG, I, 169). Emprunté à LEONIS MAGNI *Ep. IV*, c. 4 (PL 54, 613-614).

160. Lc 6, 35; R. DE PEÑAFORT, *Summa*, l. II, c. *De usuris et pignoribus*, § 4, p. 229-230.

161. *Decret. Greg. IX*, l. V, tit. III, c. 16 (FRIEDBERG, II, 754): «*Concilium Lateranense sub ALEXANDRO III: ... mandamus et mandando praecipimus, quatenus ab ecclesiis sub praetextu alicuius consuetudinis vel praelationibus praescriptos denarios ulterius nullatenus exigatis, pro certo scituri, quod, si hoc ausu temerario praesumpseritis, periculum ordinis et dignitatis vestrae poteritis non immerito formidare*».

162. *Ibid.*, c. 36 (FRIEDBERG, II, 764).

163. *Ibid.*: «... mandamus et districte praecipimus quatenus auctoritate nostra fretus et tua, taliter excessus corrigas supra dictos...».

164. Ps. 140, 4.

165. *Decret. Greg. IX*, l. I, tit. IV, c. 5 (FRIEDBERG, II, 37-38): «INNOCENTIUS III: ... Nos igitur cognito quod ex tali consuetudine, si qua foret, disrumperetur nervus ecclesiasticae disciplinae, ipsam de consensu fratrum nostrorum, penitus duximus irritandum, quum non consuetudo, sed corruptela potius sit censenda...».

Simonia

v. not.
in cens.
Ambrak...

et qual signatus habitare repeti ad hoc honesto uti dicitur
quia si sup. oblatum contra hos colore uneres se cerent
pote vendendo mercem pro certo precio et qui quierit pecuniam
et non mercem quam totatire et ipso recuperant pro
minoris

199
L. 130
Causa...

22. Ideo sequitur quartus modus qui est de contractu ad contractum, ut quando quis pro aliqua possessione dat minus iustum precium, ea conditione ut eam retrahere possit quando precium solvere potuerit. De qua per RAY, titulo *De usuris*, § *Item, quid si vendidi*, ubi dicit quod talis contractus presumitur in fraudem usurarum factus, ex hiis coniecturis scilicet quod modicum est precium respectu valoris rei. *Item ex eo quod aliquid persolvitur ultra summam receptam. Puta fuit vendita pro centum et est in pacto quod, cum rescindatur vendicio, reddant centum viginti. Item ex eo quod emptor consuevit exercere usuras*¹⁶⁶. Extra, *De empcione et vendicione, Ad nostram*¹⁶⁷ et *De pignoribus, Illo vos*¹⁶⁸. Sic sunt quidam, secundum IOHANNEM ANDREE, *De usuris*, c. primo, l.º VIº, in *Novellis*¹⁶⁹ et secundum FRANCISCUM¹⁷⁰, qui sub alicuius contractus colore usuram faciunt, puta vendendo mercem pro certo precio ei qui querit pecuniam et non mercem. Quam statim ab ipso recipiant pro minori¹. Secundum hoc patet quid sit dicendum de quodam contractu quem dicunt reempcionis [F, 134^{ra}] sive census ad reemendum, ut puta: mutuo tibi aliquam summam pecunie, puto LXXX, et tu e contra michi obligas domum sive agrum sive vineas sive aliud immobile valoris centum vel ultra, et interim quod michi dictam pecuniam non remuneras, annuatim persolvas michi semper de decem unum, id est quociens tibi mutuo decem, tociens annuatim teneris michi in uno. Et sic tibi mutuando LXXX, teneris michi octo. Quem contractum precipue celebrant clerici et huiusmodi lucrum percipiunt nomine [G, 110^{ra}] beneficiorum^m suorum. Quod sit contractus

Fructu...
alios imp...
e. m. a. v. h...
e. s. m. p. s...
de emp. et...
vendit. cu...
p. s. a. i. s...
si de s. v. e...
p. r. e. s. t. i...
p. r. e. s. t. i...
v. i. s. i...
5, 5, 1
facit al...
7. E. g. p...
8. C. a. b. e...
quales
d. 5. p.

Qua p. m. a. s. l. e. p. r. e. s. t. i...
E. i. l. 24.

C. i. e. s. s. u. r. a. r. u. m. - m. a. r. e. i. n. f. u. m. a.
f. l. e. n. e. d. i. c. t. u. m. i. n. g. r. e. d. q. u. e. c. o. n. d. i. t. i. o. n. e.
p. r. e. s. u. m. i. t. u. r. i. n. s. u. r. a. r. u. m. f. r. a. u. d. e. m.
p. r. e. s. u. m. i. t. u. r. i. n. s. u. r. a. r. u. m. f. r. a. u. d. e. m.
p. r. e. s. u. m. i. t. u. r. i. n. s. u. r. a. r. u. m. f. r. a. u. d. e. m.

¹ sic sunt quidam ... pro minori] G, en addition marginale
^m Entre nomme et beneficiorum, G répète la phrase sic sunt ... minori (voir supra) qui n'a aucun sens ici.

166. R. DE PEÑAFORT, *Summa*, l. II, c. *De usuris et pignoribus*, §6, p. 232.

167. *Decret. Greg. IX*, l. III, tit. XVII, c. 5 (FRIEDBERG, II, 519): «INNOCENTIVS III: Ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod, quum R laicus lato praesentium ab M mutuum recipere voluisset, creditor *Tranensis dioecesis*, ne per canonem contra usurarios editum posset in posterum conveniri, domos et olivas ipsius recepit ab eodem titulo empcionis, quum revera contractus usurarius ageretur, quod patet ex eo, quod creditor, *sicut publicum continet instrumentum*, debitori promisit, quod quandocumque a septennio usque ad novennium daret XL uncias Tarenorum, quae vix dimidiam iusti pretii contingebant, domos eius restitueret et olivas. Quia igitur fraus et dolus cuiquam patrocinari non debent, *fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus*, quatenus ... praedictum M ad restituendas domos et olivas praedictas ei, ad quem debent hereditario iure devolvi ...».

168. *Ibid.*, tit. XXI, c. 4 (FRIEDBERG, II, 527): «INNOCENTIVS III: ... *Nos autem consultationi vestrae taliter respondemus*, quod, qualiscunque fuerit intentio contrahentium, et ex forma contractus venditio non appareat conditionalis, sed pura, quamvis per conditionem possit resolvi, ex duobus tamen, quae in pacto fuerunt expressa, videlicet, quod fructus percepti deberent in solvenda pecunia numerari, et quod ultra summam receptam LX solidi deberent persolvi, contra ipsum emptorem praesumitur vehementer, praesertim quum usuras consuevit exercere, *fraudemque committere usurarum*».

169. Cf. JOHANNIS ANDREE *In quintum Decretalium librum Novella Commentaria*, Venice 1581, c. VI, fº 74^b.

170. FRANCISCUS?

Franco Zabarella, - Francisci Zabarelli
Pater in sups I-II-III-IV-V Decretalium
subtiliss. ma commentaria - Sups III - 2
* Ad nostram - De empcione et vendicione, f. 93 ed. 8
Quam generaliter per quos modos praesumitur contra istos
p. r. e. s. u. m. i. t. u. r. i. n. s. u. r. a. r. u. m. f. r. a. u. d. e. m.
p. r. e. s. u. m. i. t. u. r. i. n. s. u. r. a. r. u. m. f. r. a. u. d. e. m.

R. e. c. e. n. s. e. d.

usurarius patet ex concilio Agathensi, XIII, q. III, c. ultimum, in quo sic dicitur: *usura est ubi amplius requiritur quam quod datur. Verbi gracia, si solidos decem dederis et amplius quesieris, vel dederis frumentiⁿ modium unum et supra aliquid exigetis^o*¹⁷¹. Hec ibi. Videte vos, usurarii tales, ne suspendatis vos, sicut fecit Iudas qui, ut recompensaret dampnum quod habuit ex effusione unguenti, vendidit dominum pro XXX, que sunt decima pars trecentorum. Tanti enim potuisset esse venditum unguentum. Hec IOHANNES ANDREE^p, XIII, q. 1a, *Ad hec*, in glosa¹⁷². In hoc enim peiores sunt iudeis qui recipiunt in obligacionem rem mobilem, mutuata alicui pecunia ad usuram.

23. Isti autem nituntur semper habere in obligacionem rem immobilem et, cum usurarium crimen utriusque testamenti pagina detestetur, super hoc dispensacionem aliquam posse fieri non videmus. Dicitur *Extra, De usuris*, in concilio [F, 134^{rb}] generali, *Quia in omnibus*¹⁷³. Non enim est securus quoad deum, quando^q in isto dispensatur, eciam a papa. Licet habeat exceptionem quoad ecclesiam istam, que sepe fallit et fallitur, tamen quoad deum sibi hec allegacio non valebit, ubi iudicabitur *eo teste quo iudice*, IX, q. III, *Aliorum hominum*¹⁷⁴ et in glosa *Non est. Extra, De voto*¹⁷⁵ et *De sententia*

ⁿ frumenti *corr.* frumentum

^o exigetis] exegetis G

^p Andree *om.* G

^q quando *corr.* cum quo

171. *DG*, pars 2a, causa XIV, q. III, c. 4 (FRIEDBERG, I, 735).

172. *DG cum glosis*, pars 2a, causa XIII, q. I, c. 1, col. 1026. A propos non pas du § *Ad haec*, mais du suivant *Arguistis nos*.

173. *Decret. Greg. IX*, l. V, tit. XIX, c. 3 (FRIEDBERG, II, 812): «ALEXANDER III: Quia in omnibus fere locis ita crimen usurarum invaluit, ut multi, aliis negotiis praetermissis, quasi licite usuras exercent, et qualiter utriusque testamenti pagina condemnentur, nequaquam attendant; ideo constituimus, quod usurarii manifesti nec ad communionem admittantur altaris, nec Christianam, si in hoc peccato decesserint, accipiant sepulturam, sed nec oblationes eorum quisquam accipiat. Qui autem acceperit, vel Christianae tradiderit sepulturae, et ea quae acceperit, reddere compellatur, et, donec ad arbitrium episcopi sui satisfaciatur, ab officii sui maneat executione suspensus».

174. *DG*, pars 2a, causa IX, q. III, c. 14 (FRIEDBERG, I, 610): «SYMACUS, PAPA: Aliorum hominum causa Deus voluit terminare per homines, sedis ipsius praesulem suo sine questione reservavit arbitrio. Voluit B. Petri apostoli successores celo tantum debere innocentiam et subtilissimi discussoris indagini inviolatam habere conscientiam. Nolite existimare eas animas inquisitoris non habere formidinem, quas Deus pre ceteris suo reservavit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidium, quando ipsorum factorum utitur teste quo iudice. Dicas forsitan, talis erit conditio animarum omnium in illa disceptatione; replicabo, uni dictum: «Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et quaecumque solveris super terram erunt soluta et in celis». Et rursus sanctorum voce, pontificum dignitatem sedis eius factam toto orbe venerabilem, dum illi quicquid fidelium est ubique submittitur, dum totius corporis caput esse designatur...».

175. *Decret. Greg. IX cum glosis*, l. III, tit. XXXIV, c. 5 (CJCa, II, 1280).

non querat mercere, sed pauciores emerit ab esere
pro minoribus

178.
adversus
in
Bisum
Falsus

fallit
non dicitur
et 53928
et miles
et iudicium dei
et non est
et pro illis